

Universitätsbibliothek Wuppertal

Q. Aureli[i] Symmachi V.C.P.V. Et Cos. Ord. Epistolarvm Ad Diversos Libri X.

Symmachus, Quintus Aurelius

Neapoli Nemetvm, MD CXVII

Symmachi vita

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1363)



SYMMACHI

Vita.



AVRELIUS AVIA-
NVS SYMMACHVS,

(Symmachi nostri Pater,)

Senatorio genere, variis
pro Senatu apud Princi-
pes functus legationibus,

à Constantio Imp. aliquando revertens, à lu- A. D.
liano honorificè Naïsse in Mæsia exceptus fuit: 361.
prælato tamen illi tum in Præfectura urbana
Maximo, quem legationis socium, sed secun- 362.
dum, habuerat. Sub Valentiniano nihilomi- 363.
nùs eandem mox Præfecturam post Apronia- 364.
num meruit, & administravit, Lampadio 365.
successore. Inter præcipua nominandus est il-
lius doctrinarum & modestie exempla. Quo
instante Roma otio & annonæ, abundantius
solito, exultavit: ponte insuper magnifico
condito, magnaq; civium lætitia dedicato: etsi
postea domus eius pulcherrima ab ingratis ci-

) (3 vibus

SYM-

377.

vibus, falso concitatis rumore, incensa fuit. Quas ob res aliasq; aurea superstitii illi statim Roma conlocata, impetrante Senatu: & similis altera, Constantinopoli: cum inscriptione, que non transcurfarum modo dignitatum, sed & meritorum eius seriem, quin & auctoritatis, prudentia & eloquentia monumentum praeferret. Eloquentia eius vestigium nisi unicum superest, sola videlicet ad filium epistola. Poëtices studium testantur epigrammata ex iis que in 80. illustres sui seculi viros condiderat, qua supersunt pauca. Coniunx illi, Acyndini Consulis germana: Liberi, plures: tres enim fratres suos commemorat, eorumq; obitum deslet Symmachus noster. Vivendo vitam ad A. D. 382. ut minimum videtur produxisse.

382.

His itaque parentibus Q. AURELIUS AVIANIUS SYMMACHUS noster Natus, Constantio, (ut ex gestis ab eo postea dignitatibus proclive iudicatu.) imperante. Disciplinis liberalibus ab aetate prima imbutus, lac bonarum artium Rhetoricæq; præcepta à sene quodam Rhetore Aquitano hausit: florentissimis videlicet, ut olim, ita tum maximè Galliarum studiis, & eloquentissimis

tissimis semper viris (quos etiam Romane
 Urbis & juventati commodaret plurimos)
 abundante Gallia: Vnde postea Gallicane fa-
 cundia sititorem se, caelogs Gallico quicquid
 sciret, debere se libenter ipse professus est. Prin-
 cipum inde (Valentiniiani scilicet & Gratia-
 ni) signa in Gallia secutus, atque in Comitatu
 versatus est: ac proinde Treveris, in Gallia
 Belgica: ubi & in Ansonij Burdigalensis (qui
 Gratiani tum Magistrum agebat) amicitiam
 penetravit interiorem: tyro ipse veterano fa-
 miliaritate iunctus, sic, ut & mensa eius fre-
 quenter admo veretur.

364.

36.

365.

367.

Ab his rudimentis, Iuvenis (i. ut ego in-
 terpretor, tricesimum, vel circiter, annum a-
 gens) Correcturam Lucania & Bruittorum
 meruit. Mox & Africam Proconsule rexit:
 Ea sanctitate, ut statuam etiam promeruerit,
 qui testimonii & adfectus publici singularis
 tum honos erat, quanquam is in sola conscien-
 tia fructum & rationem virtutis posita sci-
 ret. Certè, provinciam Africam amicam ca-
 ramq; sibi non semel, seq; proconsularem vi-
 rum epistolis suis testatus est.

368.

370.

In Pontificum inde collegium (patris ex-
 emplo) adscitus, his quae ad superstitionem

Gentilitiam pertinent adcurandis gravitate
incubuit. Legenda illi quoque aliquando in
Senatu Oratio de Principum victoriis de-
legata. A Senatu etiam ad Gratianum mis-
sus, de Ara Victoria in Senatu diruta, detra-
ctisq; caerimoniarum sumptibus, privilegiis
& stipendiis Vestalium questurus. Verum de-
negata illi tum audientia.

384.

Præfectura tandem urbana à Valentinia-
no Iuniore admotus fuit, quietus & iam pri-
dem à desideriis honorum remotus, iam diu
cedens potentium moribus sine ambitu sine
ulla affectatione. In qua qualem se gesserit, o-
stendit Decimus Relationum illius liber. Cum
Christianis illi tum non semel res fuit: Genti-
lita utpote superstitionis reparanda cumprimis
appetens. Cultum enim spoliatorum Ro-
mae ornamentis suis mœnium, seu operum pu-
blicorum, investigare iussus, tragicas quæstio-
nes de ministris Catholice Religionis agitasse
accusatus est. quod crimen Episcopi Damasi
testimonio repulisse visus est. Sed insignis illa
præceteris Relatio, qua Senatûs nomine (cu-
ius tum adhuc pars Gentilis erat) à Valenti-
niano Iuniore Aram Victoria Senatui, sum-
ptus item caerimoniarum, privilegia & sti-
pendia

pendia virginibus Vestalibus Roma restitui,
 qua à fratre eius Gratiano adempta fuerant,
 petiit. Verùm & hac eius Relatio successu ca-
 ruit: cui etiam Ambrosius, Mediolanensium
 Episcopus, duas alias opposuit, & Prudentius
 quoque libris duobus respondit.

Post hac Maximo Tyranno (qui caso Gra-
 tiano in Gallis imperabat, Italiaq. iam immi-
 nebat) aperte favere cœpit Symmachus: sic
 ut laudes eius insigni Panegyrico prosequere-
 tur. Verùm postea victo Maximo, cum peri-
 culi metuens in Ecclesiam confugisset, veniam
 ab Imp. Theodosio meritis, Panegyricum, si ve
 Apologeticum, ad Theodosium (quem ideo
 Conservatorem suum vocat) scripsit.
 Itaque & ad auspicia Consulatus Valentinia-
 ni Mediolanum mox evocatus, & sequente
 anno Consul à Theodosio factus est, quem ideo
 honorum suorum patronum alicubi no-
 minat. Legationibus inde pro Senatûs deside-
 riis, & ad exorandam ut sapius urbi opem,
 (Stilichone aliquando legationis socio,) ad
 Honorium Imp. Mediolani defunctus: cum
 de legationibus tum frequens in urbe ambitus
 esset: Qua causa ortis inter Senatores conten-
 tionib. arbiter, idem adhibitus aliquando fuit.

386.

387.

388.

389.

390.

391.

395.

396.

PRIVATAM vitam sic egit. Circa
 Religionem moris pristini retinentissimus,
 in Christianam Religionem iniquior sic, in
 neglectis sacris famem malag, quis Respubli-
 ca Rom. tum urgeretur, imputare solitus sit.
 Neque eò minus tamen, (qui candor eius,)
 Christianis Episcopis ipse amicus ac fautor non
 semel accessit, cumq, his officia miscuit. testes
 inter alia, ad Ambrosiũ epistole. In Patriam
 civis boni functus officium, etiam extra Pre-
 fecturam. pro annonã quippe eius (ob cuius
 inopiam frequentes hoc ævo turba, pulsifig. i-
 dentidem Roma peregrini) curam gessit solli-
 citam. Charitate & Affectu suo quemque
 ut par est, habuit loco: Maiorum memoriam
 carminibus excitare: parentes officiis colere
 instituit. Vxor illi, Rusticiana Orfii Pre-
 fecti Urbis filia. Filius unicus, Q. Flavius
 Memmius Symmachus, à quo edita post obi-
 tum ipsius epistole. Studiorum eius curam sic
 habuit, ut se studiis illius velut æqualem ad-
 iungeret. Hunc Quæstorem, postea & Pre-
 torem Urbanum vidit: Ad cuius munera
 seu ludos (quæ tum onera dignitatum harum
 fuere) undecunque æquos, ex Gallia, Hispania,
 venatores, aurigas, Scenicos, Saxones etiam
 (qui

392.

402.

S Y M M A C H I.

(qui tūm mos Barbaros in arenam dandi) animalia varia, ferasq, ursos, leopardos, crocodilos, Lybicas, leones, canes Scoticos, áddaces, pygargos, ut magna cura, ita sumptu maximo conquesti vit: sic, ut in Praturam, quam dixi, filii solam XX. centenaria (seu 2000. libras auri) impendisse eum Olympiodorus testetur. Amicos habuit, quos etas illa Summates dignitatibus & doctrina, Ne de singulis dicam, ex innumeris, Stiliconem, Eutropium: Rico-merem & Bauconem, Francos: Ausonium, Latinum Pacatum Drepanium, Proradium, Mineruium, Florentinum, Gallos. In his, Ausonium maximè dilexit; Stiliconem, potissimum suspexit. Amicorum processibus ut suis letari, eosq, in are suo ducere solitus: officiis eorum adesse, vel nisi fontica de causa abesse: iisdem qua posset commodare, fama eorum consulere, remedia morbis submittere, liberos à se petitos destinare, amicorum liberos, defunctis ipsis, potissimum curare. Habuit interim & Inimicos amulosq, haud paucos, sic ut horum factionibus statua eius: deicerentur: Ipse interea, quamlibet graviter appetitus, implacabilem in eos animum ideò non gessit. Doctrina eius varia & luculenta testimonia

*Stimonia ab aliis scriptoribus, & ab eiusdem
 scriptis suppetunt. Nihil non lectū illi, ni-
 hil non intellectum, imò eum ipsum
 nihil aliud quàm ex omni bonarum
 artium ingenio collectam perfectio-
 nem adserit Ausonii: Romani decus e-
 loquii, quo nemo disertior Prudentius,
 prudens agnoscit. Hinc adèd à doctissimis con-
 sultus ipse passim, libri ex bibliotheca eius pe-
 titi. nam & eorum qui Gallorum memorias
 scripsissent, consulenti Protadio Treverensi
 Gallo iudicium facit: Plinii historiam natu-
 ralem Ausonio Burdegalensi mittit: Valerio,
 Livium. Huic libri inscripti à doctis, eiusq;
 nomen libris insertum: Ausonius quippe
 Gryphum illi de ternario numero inscripsit:
 Macrobius Theodosius eum Saturnalibus suis
 inducit loquentem. Invicem ipse literas & li-
 teratos favore summo prosecutus: Rhetores,
 Philosophos, Medicos, Historicos commenda-
 re, scriptis eorum famam dare cura habuit.
 Scripsit varia, præter decem Epistolarum li-
 bros (quibus & inserta duo epigrammata) o-
 rationes varias, & panegyricos duos (de qui-
 bus supra) civiles & bellicas quoque laudes
 Theodosii stilo prosecutus. Verum vixere hæc
 omnia,*

omnia, prater solos Epistoliarum libros. Qui, ut omittam omnis in his eruditionis amplam segetem, ob ævi illius potissimum Historiam, Iurisq; civilis publici maximè eruditionem, maximi faciendi. In his, Laconicum illi scribendi genus, rotundum, floridum, crebra potissimum sententiarum admixtione: vetustatis in his formam amplexus, spreto titulorum, qui mos tùm gliscebat, pompâ fastuq;. Corporis illi habitus variis agritudinibus & morbis interstinctus, modò totius corporis, modò internarum, renum, pedis, manûs dextra. Itaque propter hac, & studiorum, quin & turbarum Roma causa, frequens illi secessus in Campaniam & Suburbana: ubi complures agros, prædia, habuit: Sed & in Apulia, Sicilia, Samnio, Casariensi Mauritania. Quapropter, ut in tam ampla re, & edificandi necessitas & scientia illi haud exigua fuit: sed & lis non una. Euscium, ut videtur, Actorem & Procuratorem totius domûs habuit: ceteros actores, colonos, servos contumaces, & debitores sæpè. Habitavit fermè Roma Calio monte: Mensa illi frugalis extitit. Ad senectutem eum pervenisse, ex eius episto-

VITA SYMMACHI.

epistolis constat. Quarum etiam caracte-
rismos expendenti mihi mens ea, non exce-
sisse eum A. D. 404. neque diu post Praturam
filii vixisse.

